



8  
255



zu 005

O. i. 840 (1-101).

THESES IURIDICAE.

EX TIT. FF. ET

C. DE CESSIONE BONO-  
RVM, VBI DE PRIVILEGIIS  
CREDITORVM.

QVAS TRINI ET VNIVS PATROCINIO,  
PRAESIDIBVS CLARISS. AC CONSULTISS. VIRIS  
D. Ioanne Michaële Cronenburgero, & D. Ioanne Hol-  
landt, SS. LL. Licent. Dictatore, & Fisco, in florentissi-  
mo Celeberrimæ Agrippinensium Academiae iuris  
Collegio, recepto pro more defendere  
conabitur

LAVRENTIVS à DORMAEL  
TRVDONENSIS.

*Anno reparatae salutis CI<sup>o</sup>, I<sup>o</sup>. LXXXVII.  
XVI. Calend. Ianuar.*



COLONIAE AGRIPPINAE      Ee  
EXCVDEBAT PETRVS KESCHEDI.

5  
84



## CONTINUATIO.

**E**xpositis disputationibus proximè superioribus possessionis nã-  
ciscenda modis duobus, iusta methodo de tertio, bonorum scilicet  
cessione, theses subnectuntur.

### THESIS I.

**B**onorum Cessio est beneficium miserabile, (a) & flebile, (b) debitoribus l. Iulia (c)  
indultum; quo creditorum improbitati & Instantia, (d) bona concedenti, seruitu-  
tis, infamia, (e) carcerisq; (f) iniurias subterfugere datum est.

(a) l. cum solito 8. in prin. C. h. t. (b) l. cum & filijfa. 7. C. h. t. (c) l. legis Iuliae 4. in princ.  
C. h. t. (d) Azo in summa nostro tit. in prin. (e) d. l. cum solito. vers. salua eorum, l. debito-  
res, C. ex quib. caus. infa. irrog. §. 1. Inst. qui non possunt manumittere, (f) l. qui bonis la. i.  
iunct. l. 7. & 8. C. h. t.

#### I I.

Fit autem hac bonorum cessio simpliciter, siue in scriptis, siue viua voce, (a) omni ver-  
borum solemnitate explosa, nuda voluntatis professione, (b) item per nuncium vel episto-  
lam, tam extra iudicium, quam in iudicio, (c) neque statuta, quibus cedens bonis platea-  
tim tubis ducitur, vel ad similes infamiae (d) itur ineptias, tollerantur.

(a) Glof. in l. in omni 6. in verb. voluntatis, C. qui bon. ced. possunt, (b) d. l. in omni ibi  
glo. (c) l. bonis cedi. vlt. ff. h. t. ibi Glo. & Dd. (d) Ioan. de plat. nu. 11. Fab. & Ias. nu. 28. Inst.  
de actio. §. fuerat. Host. ext. h. t. text. moralis in l. cum supra videntes, C. de re milit. lib. 12.  
ita tenet Alber. de ros. in 1. parte statut. q. 38. incip. item quæritur, an valeat statutum.

#### I I I.

Ad hoc subsidiarium auxilium admittitur, tam mas quam femina, (a) tam filiusfam.  
quam paterfa. (b) vniuersitas, & omnis debitor, qui expressè non prohibetur: (c) quod in  
filijsfam. in tantum verum est, vt etiamsi nec peculium Castrense; vel quasi, profectitium  
vel aduentitium habeant, (d) hoc beneficio perfruantur.

(a) l. cum & filijf. vers. vtriusq; sexus, C. nostro t. (b) d. l. penult. ibi gl. Bart. & Dd. Ias. in  
§. fin. Inst. de actio. (c) argum. l. mutus §. 1. ff. de procurat. l. nec non §. 2. ff. ex quib. caus. ma-  
io. l. cum prætor, ff. de iudicijs, l. 1. ff. de testib. Ias. in §. fin. Instit. de actio. col. 2. (d) l. penul.  
C. h. t. ibi glo. in verb. etsi nihil. quam sequuntur. Bald. & Salic. arg. l. quæsitum, ff. de pecus-  
lio in princ. arg. l. ei quoque ff. de pecul. legat.

#### I I I I.

Debitor tamen, qui debitum negat, (a) vel occultat, (b) similiter qui eo tẽpore (c) con-  
trahit, quo se non soluendo intelligit; vel sub spe cessionis alieni æris se mole opprimit, (d)  
mercator fallitus, pro vt & fisci debitor, (e) in causa sunt, vt bonis cedere non possint.

(a) l. penul. ff. h. t. tenent Glof. & Dd. in l. 1. C. eod. Aret. in d. §. fin. col. 3. (b) Glof. quam  
post Bart. firmat Bald. in l. penul. ff. h. t. Glof. in l. 1. C. eod. Ias. in §. cum quoque qui. Instit.  
de actio. (c) text. notab. in l. penult. in fin. ff. de iur. dotium. Bart. in l. alia §. eleganter, in fi.  
ff. solut. mat. Ias. d. §. vlt. fall. 10. (d) l. fi. §. fin. ff. quæ in fraud. cred. Bald. in l. 1. col. 2. C. h. t.  
Dyn. in reg. peccatum de reg. iur. in 6. Ias. d. 10. (e) Bald. in l. 1. col. 3. in fi. Cyn. q. 3. C. h. tit.  
Bart. in l. 1. ff. eod. & in l. sacrilegij, §. fin. ff. ad l. Iul. pecul.

V.

Hinc non incommode duo quari possunt; Primum, an qui à principio debitum negavit, & post sententiam seu condemnationem illud confitetur, ad cessionem admittatur? cuius negatiua licet verisimilis (a) sit; verisimiliorem tamen affirmantem (b) existimo: Secundum, an ad delicta hoc auxilium extendatur? & non extendi affirmo. (c)

(a) arg. l. eum qui, ff. de iureiur. l. si dubitet §. 1. ibi Bart. ff. de fideiuss. arg. §. item mixta Instit. de actio. l. conductores, C. locati (b) tenet glo. per tex. in l. 1. C. nostro tit. arg. l. si debitori, ff. de Iudic. facit tex. in l. penul. ff. h. t. arg. l. 1. C. de condict. indeb. ira tenet Afflic. in decis. 139. quem sequi videntur. Bart. & Ang. in d. l. penul. ff. h. t. (c) arg. l. si quis id quod, ibi Glof. ff. de iurisd. et om. iud. l. fin. ff. de in ius vocan. l. 1. ff. de pœnis, facit text. in l. quis cunque §. quod si. C. de seruo fugit. l. fin. ff. si quis in ius vocatus. Gail pract. obs. lib. 2. obs. 44. num. 11.

VI.

Prætereà præcisè ad dandam operã obligatus, (a) dicto priuilegio destituitur, ad quod nec hæredes Inuentario neglecto (b) hereditatem adeuntes: nec publica ciuiliãq; munia (c) cessionis prætextu detrectantes, vtiliter admittuntur.

(a) Ioan. Fab. in §. fin. quem sequitur Ioan. de plat. in d. §. Inst. de actio. arg. l. suo victu, ff. de ope. libert. ita tenet. Cyn. in l. 1. q. 2. C. h. t. Bart. in l. 1. ff. h. t. (b) Bald. sup. l. 2. C. quom. & quib. quart. pars deb. lib. 10. facit, §. sancimus, Auth. de hære. & falcid. Brun. q. 6. quar. quæst. prin. (c) tex. express. in l. propter honorem §. ibi Bart. & communiter Dd. C. nost. t.

VII.

Causa prædicti subsidij materialis, sunt omnia bona (a) debitoris, alienationi obnoxia; efficiens, in soluendo impotentia, (b) effectus illius duplex; alter, quo indemnitati (c) creditorum consulitur: Alter quo ad pinguiorem fortunam cedentes deuenturi, non nisi in quantum facere possunt, (d) tenentur.

(a) VVes. in par. nostro t. nu. 4. Ias. post Ioan. Fab. & Ioan. de plat. in d. §. fin. circa fin. (b) Fab. d. lo. arg. l. 8. C. nostro tit. (c) l. 4. vers. non tamen, C. h. t. ibi glof. (d) tex. in l. is qui bonis cessit 4. iunct. l. 6. & 7. ff. h. t. l. ex contractu, cum ibi not. per Glof. C. de bonis auct. iud. arg. l. sunt qui in id 16. ff. de re iud. Azo in sum. nostro tit. VVes. nostro tit. num. 6. & Inst. de actio. §. fin.

VIII.

Indidem duplex quæstio elici posse videtur, prior, cedenda nè sint creditoribus omnia nudo cedente relicto? omnia cum communi assero: (a) dummodo quoquo modo humanitati consulatur; (b) posterior, num incarcerationio ob ciuile debitum iure permissa sit? quam etiam, si bonis cedere nolit, affirmatè sustineo. (c)

(a) Glof. singul. in l. penul. ff. de cess. bon. vbi ne denarium vult relinquendum, d. glof. in l. fin. §. fin. ff. de his quæ in fraud. cred. vbi peram auferendam concludit. Ioan. Fab. Ioan. de plat. & Ias. in d. §. fin. Instit. de actio. (b) arg. l. diuus, ff. de bon. damnat. quam sent. sequunt. Dyn. Bart. & Cyn. in l. pen. ff. de cess. bon. (c) arg. l. 1. & ibi notat. C. qui bon. ced.

IX.

Cæterum Creditores cedentis bonorum non vsque adeo sunt domini, ea vt iure domini apud se detinere possint; sed venditionis remedio, (a) æquali proportione Geometrica, pro rata debiti quantitate, (b) creditoribus subuendum est: è contra debitor cedendo, obli-

*obligatione, (nisi solidum soluerit) (c) non liberatur, sed melioris conditionis factus, deducta sui ratione ne egeat, prioribus obligatus manet. (d)*

(a) l. legis Iuliae 4. vers. non tamen creditores, C. nost. tit. l. pro debito 6. in pr. l. in possessionem 8. ibid. Bal. & Dd. C. de bon. auct. lud. poss. l. is qui bonis 3. ff. h. t. (b) d. l. pro debito in fin. V. V. cf. nu. 4. (c) tex. in l. 1. ibi glo. in verb. libertati, C. nost. tit. (d) alioqui non esset privilegium, l. in condemnatione, ibi glo. ff. de reg. iur. Azo in summ. tit. nost. Rosfr. in tract. libel. in rubr. de offic. iud. quo cur. dat. bon. col. 1. in fin. vers. est & aliud beneficium, Brun. lat. 3. q. princ. nu. 5. nost. tract.

#### X.

*Bonis si cedere se temere debitor pronunciauerit; cessionisq; eum poeniteat, quod creditoribus debetur se soluturum offerat, an audiatur & iure reuocet? & reuocare (a) distractis (b) ne dum bonis posse assero.*

(a) l. si quantitatem 2. ibi Glof. Bart. & Bal. C. nost. tit. arg. l. quod calore ff. de reg. iur. l. 3. ff. de diuort. l. licitatio. in princ. ff. de publicat. l. famosi. ad l. Iul. maiest. (b) d. l. 2. ibi gl. in verb. distractis, l. si priusquam, C. de distract. pigno. arg. l. quem poenitet, ff. h. t. facit l. is qui bonis, ff. d. t.

#### XI.

*An beneficio Cessionis bonorum renunciari possit? controuersa questionis est, qua etiam si prima fronte in aientem concludenda videatur, (a) quia tamen crebriori calculo à Dd. in contrarium itum inuenio; negantem, (b) vt veriore, sustinebo, Imò d. renunciationem d. cessionis Iuramento (c) vallatã, inefficacem cū Geil (d) qui cõmunem eã dicit, affirmo.*

(a) arg. l. si quis in conscribendo iunct. l. pactum inter ff. de pact. arg. l. fin. cum ibi not. per glo. C. nost. tit. (b) facit l. alia §. eleganter, ff. solut. matr. ibi latè Dyn. quem sequitur Bart. & Imol. per Auth. immo. C. de actio. & oblig. ibi Glof. Bart. in l. fin. C. nost. tit. Bal. in §. fin. Inst. de act. col. fin. tenet Salic. in l. 1. col. penul. q. 9. C. h. t. Neguz. q. 20. nost. tract. (c) arg. cap. non est obligatorium, de reg. iur. in 6. arg. l. filius, iunct. l. condiciones, & l. quidam ff. de cond. Inst. cap. nemo potest, de reg. iur. in 6. argum. l. impossibile, ff. eod. (d) lib. 2. de pac. publ. obs. 2. num. 23.

#### XII.

*Ad extremum Minores sui facilitate se lesos (a) probantes, Debitores à Creditoribus non molestatos, (b) Milites, (c) Legalis scientia Dd. (d) omnesq; eos, qui singulari beneficio à lege (e) indulto, non vltra vires suas conueniri possunt, bonorum cessione opus non habere, statuo.*

(a) arg. l. in causæ ff. de minor. l. verum §. sciendum, ff. eod. l. ult. C. de in integ. rest. min. lat. Myal. cent. 4. obs. 16. (b) ita tenet Iac. de Aret. post Alber. de rosa, in rubr. C. nost. tit. idem sequitur. Cyn. in l. 1. q. 8. eo. tit. Bal. post Iac. in §. fin. col. penul. Inst. de actio. (c) arg. l. miles qui & ibi not. ff. de se iud. declarat Bal. in l. 1. in fin. C. nost. tit. Glof. in d. l. miles 6. ibidem communiter Dd. (d) tex. sing. cum ibi not. à Glof. & Bart. in l. medicos C. de profess. & med. lib. 10. Ant. Neguz. latè, q. 10. 4. q. princ. per totam. (e) arg. l. sunt qui in id. cū seqq. ibid. glof. & Dd. à quibus ratio assignatur.

### DE PRIVILEGIIS CREDITORVM.

#### XIII.

*Bonis per debitorem cesis, exolutioni aris alieni non sufficientibus; de pralatione creditorum disceptant, (a) iusta itaque methodo, de τῶν πρῶτων ἀξίας iure quadã subnectendo:*  
pro

pro reg. statuo, omnes eos, quibus ultra debitum, pignori res obligatae sunt; (b) potiores esse  
his, qui privilegium duntaxat personale habent: hos (c) chyrographariis nudis anteferr.

(a) ita continuat V Vef. in par. ff. h. t. (b) arg. Auth. itaq; C. commu. de success. cum plus  
cautionis sit in re, quam persona tex. in l. plus cautionis 25 ff. de R. I. l. 6. C. de bon. auct. iud.  
poss. tex. in §. neq; autem in auth. de mand. prin. in l. sancimus, C. de verb. sign. in §. furti.  
Inst. de oblig. quæ ex del. nas. argum. l. si necessitas, §. de vendendo, ff. de pig. act. l. iurisgen-  
tium §. pactorum, de pactis. (c) V Vef. h. t. nu. 5 & 9.

#### XIV.

Hypothecarij in duplici sunt differentia; aut enim hypothecam expressam habent, quæ  
ex partium conventionione introducitur: (a) aut tacitam, quæ a. l. personarum favore est in-  
troducenda; (b) in his, prælationis ius, non tam ex tempore, quam causa (c) metimur: inter  
illos, tempore prior, (d) iure potior est.

(a) argum. l. si mulier fin. C. de pactis conu. tot. tit. ff. & C. quib. mod. pign. vel hypoth.  
tac. contr. (b) tex. in d. locis, (c) tex. in l. privilegia 16. ibi glo. ff. h. nost. tit. V Vef. h. t. num. 4  
(d) l. si pignus 8. iuncta l. si & iure 10. ff. qui pot. in pig. hab. arg. l. 2. C. d. t. cap. qui prior, de  
reg. iur. in 6. l. qui balneum, l. potior, ff. d. t. l. creditor 12. ff. iuncta l. si decreto 2. in fine & l.  
diuersis 8. C. h. t.

#### XV.

Quod in tantum procedit, ut generalem hypothecam priorem habentem contra non-  
nullos, (a) posteriorem similiter generalem habenti, etiam in bonis post quasitis præferri  
existimem: (b) licet hic secus in fisco videatur. (c)

(a) Salic. & alios in l. licet, C. qui potio in pig. hab. (b) l. fin. & ibi Bart. ff. eod. Costal. h.  
2. ff. d. t. l. fin. C. quæ res pig. dar. poss. facit tex. in l. si fundus, in princ. ff. de pig. & hypoth.  
per tex. in l. si qui mihi 28. ff. de iur. fisci, & l. in reb. in princ. C. de iur. dot. Paul. de Castro,  
in l. in operis ff. locati (c) tex. express. in l. si qui mihi 28. ff. de iur. fisci, Vander. cap. 2. in fin.  
nostro tract.

#### XVI.

Quinimò in re posteriori specialiter obligata, præcedit prior generalem hypothecam ha-  
bens, etiam si ex ceteris rebus possit pecuniam suam redigere: (a) secus si & specialem, &  
generalem anteriorem habeat. (b)

(a) l. qui generaliter, 2. in prin. ibi Glof. & Bart. ff. iuncta l. si generaliter 6. C. qui pot. in  
pig. hab. l. creditoris, ff. de distrac. pig. (b) d. l. creditores, text. in l. quamuis constet 2. C. de  
pig. & hypoth. d. l. 2. in fin. ff. qui potio in pig. hab. Glof. in d. l. quamuis, in verb. interim,  
& in l. 6. in verb. qui antea contraxit, C. qui potio in pig. hab.

#### XVII.

Tacitum pignus defert lex, pupillis, (a) minoribus, (b) in bonis tutorum, protutorum,  
curatorum, fisco, (c) mulieri, (d) in refectionem, (e) funus, (f) exequias, (g) morbum, seu  
valitudinem mutuantiibus: Vnde etiam hi, vel simile ius habentes alij, creditoribus expres-  
sum posterioribus (h) habentibus: ceterisq; non privilegiatis præferuntur. (i)

(a) l. pro officio 20. ibi glof. in verb. obligata. Bal. & Salic. C. de administ. tut. arg. l. cum  
oportet. §. fin. ff. de bon. quæ lib. (b) d. l. 20. (c) tex. in l. quamuis 2. C. de priuil. fis. l. 1. in fin.  
C. si propter publ. pens. l. 1. iuncta l. 2. C. in quib. caus. pig. vel hypo. (d) l. vni. §. & vt plenis  
us, C. de rei vxor. actio. l. assiduis 12. C. qui pot. in pig. (e) l. interdum 5. ff. qui potio in pig.  
cum l. seq. arg. l. creditor, ff. si certum pet. (f) tex. in l. 1. ff. h. t. (g) l. af. & Dd in l. fin. §. in com-  
putatione, C. de iur. deliberan. l. 4. C. de petit. hæred. l. 2. h. t. (h) argum. l. assiduis cum ibi not.  
per Glof. (i) l. penult. ff. h. tit.

Sciendum



### XVIII.

Sciendum tamen predictos privilegiatos, non per omnia, paribus passibus (a) ambulare; mulierem enim speciali sua prerogativa, (b) omnibus creditoribus, (exceptis paucis) (c) tam expressam, quam tacitam, anteriorem etiam tempore (d) habentibus: cum Mysing. (e) contra non paucos, (f) anteferri: concludo.

(a) Glos. in l. assiduis in verb. licet anterioris sint, C. qui pot. in pig. (b) concessa per l. vni. C. de re. vx. act. & l. assiduis, C. d. t. (c) quos recenset, Glos. in l. assiduis, in verb. pene. (d) arg. d. l. assiduis, l. in rebus, C. de iu. dot. §. his consequens, in Nouel. de equal. dot. l. 1 §. generaliter, ff. de leg. praest. (e) cēt. 4. obs. 13. §. fuerat n. 12. & 13. Inst. de act. (f) Bart. in d. l. assiduis. Ripa. in l. quaesitum nu. 7. ff. h. t. Io. Coras. in l. qui liberos, nu. 118. de rit. nupt.

### XIX.

Similiter in nauem fabricandam, instruendam, seu armandam mutuanti, privilegium post fiscum (a) conceditur: quod etiam in rebus, pecunia sua nominatim ad id mutuo data, emptis; & expressè (b) sibi obligatis; quisque consequitur.

(a) l. quod quis 19. ff. h. t. iuncta l. qui in nauem, ff. cod. l. 25. ff. de reb. cred. (b) tex. in l. 2. §. de appellata, ff. si certū petat. arg. l. procuratoris §. si duas vers. planè ff. de trib. acti. Auth. quo iure, C. qui potio. in pig. Glos. ibid. in verb. personalis, tex. sing. in l. licet, C. qui pot. in pig. l. si iuncta. Auth. quod obtinet, C. de pig. Roma. conf. 40. n. 6. incip. visis, ac discussis.

### XX.

Qui verò in certa quidem rei emptionem mutuauit, non tamen eam hypothecari fecit, adhuc inter creditores personales praeiudicium habet: (a) Sed qui nec illud fecit, in re sua pecunia empta; communi cum ceteris creditoribus iure utitur. (b)

(a) facit tex. in l. quod quis, ff. h. t. Auth. quo iure C. qui pot. in pig. glo. notab. in l. privilegia in verbo, ex causa, ff. h. t. Bart. in l. interdum nu. 5. ff. qui pot. in pig. Gail lib. 2. obs. 12. nu. 3. (b) l. quamuis ea 17. C. de pig. facit tex. in l. quidam fundum 16. ff. de in re vers. l. as. in l. creditor qui ob restitutionem nu. 5. ff. si cert. petat, Gail d. obs. nu. 2. in fin.

### XXI.

Simili modo, emptore post rei venditae traditionem statim bonis cedente, nec ullam prerogatiuam habebit venditor, in mercibus adhuc extantibus: (a) nisi ante emptor cessionem praecogitauerit; (b) vel fidem de precio venditor non habuerit. (c)

(a) l. iniuriæ, C. de rei vend. tex. in l. procuratoris, §. planè vers. sed & si dedi, ff. de trib. actio. facit, d. l. quidam fundum, ff. de in rem vers. Gail lib. 2. obs. 15. in prin. (b) Cæpol. caut. 124. nu. 1. Gail d. obs. 15. nu. 8. cum seqq. per tex. in l. si quasi ff. de pig. act. (c) d. l. procuratoris, d. vers. in fin. argum. §. venditæ Inst. de acq. rer. domin. l. quod vendidi 19. ff. de contr. empt. iuncta l. si ventri, §. in bonis, ff. h. t. Gail d. lo. nu. 4. cum seq.

### XXII.

De muliere; dicta procedunt in bonis dotalibus numeratis (a) non cautis; non paraphernalibus, in quibus licet taciti pignoris, (b) ius concedatur; Singularia tamen dotis privilegia (c) denegantur: procedunt inquam in muliere actu in secundo matrimonio (d) collocata; in bonis mariti prioris, ad dotem consequendam agente.

(a) l. assiduis, ibi glo. in verb. data, C. qui pot. in pig. hab. l. 1. ibid. glo. C. de dot. num. nō cau. tex. in l. si quis posthac, C. de bon. prosc. Alex. in l. 1. nu. 35. ff. solu. matr. Soc. ibi nu. 69. Dd. in d. l. 1. (b) tex. & ibi Bart. Bald. & Alex. in apostil. ad Bald. in l. fin. C. de pact. conuen. l. as. in

Iaf in d. §. fuerat, (c) tex. in d. l. affiduis, ibi Salic. Bald. post Cyn. in 3. oppos. (d) arg. l. vbi ad-  
huc ff. sol. matr. cum dos constituatur propter matrimonij onera vt mulieres, viros inue-  
niant. Glof. in l. obl. gamur, ff. de actio. & oblig. §. lege. Alex. conf. 56. nu. 4. Gail lib. 2. obs.  
87. nu. 3. & obs. 92. nu. 2.

XXIII.

Ceterum, si de chyrographo, & litteraria dumtaxat cautione, (a) non de actuali pecu-  
nia numeratione, creditores docere possint; quemadmodum & mulier; hoc casu, quia in pa-  
ri, cum muliere conditione concurrunt; mulier tanquam favorabilior, (b) etiam in dote  
confessata (c) creditoribus est anteferenda.

(a) ita tenet eleganter. Lud. Rom. in rub. ff. solu matr. Dd. in l. i. eod. Iaf. & Zas. in §. fue-  
rat. Inst. de actio. Mynf. cent. 1. obs. 61. Gail obs. 81. n. 2. lib. 2. cum ibi alleg. (b) arg. l. affiduis,  
cum ibi not. per glof. arg. l. verum, in fi. ff. de minor. (c) Mynf. d. obs. 61. cent. 1. Gail d. loc.

XXIV.

Verum, cum paria iura pro dote, & propter nuptias donatione, (a) militare dicantur; an-  
tam in hac, quam illa, hypotheca, & prelationis ius idem possit pretendere mulier? non ita  
expeditum est: ego eam pignus non prioritatem habere cum distinctione, (b) defendam.

(a) argu. Auth. dos data, C. de donat. ante nup. Auth. equalitas, C. de pact. conuen. tam  
super dot. §. est aliud Inst. de donat. cap. donatio. de donat. inter vir. & vxo. argum. cap. si  
postquam, de electio. lib. 6. tenet Iaf. in l. transigere in 5. col. C. de transact. Corn. in conf.  
82. vol. 2. in litt. i. k. (b) vt scilicet procedat si de lucranda dote agat. Secus si tit. oneroso.  
Neg. 4. memb. 2. par. princ. nu. 75. cum ibi alleg. ita declarat. Abb. post Innoc. vbi ratione  
adfert. in cap. ex litteris de pignor. arg. l. fin. §. sancimus, C. de donat. ant. nupt.

XXV.

Si per conuentionem, & pactum de expressa ad dotem hypotheca, cauere sibi mulier fe-  
cerit; an per hoc, tacito à l. inducto pignori preiudicet? & regula (a) qua prouisione homi-  
nis, prouisionem legis cessare vult locus sit? controuertitur: locum non esse (b) hoc casu de  
reg. respondeo.

(a) l. vlt. C. de pact. conu. ibi glo. & Dd. (b) Glof. in d. l. fin. in vers. contentam in fi. d. gl.  
tenet in d. l. Cyn. Bald. & late Salic. qui pro decisione. Glof. assignant rationem, non posse  
scilicet vxorem per pactum constituere ius dotis deterius; quam dicit Salic. tenere omnes.  
Dd. idem tenet. Alex. in conf. 58. 7. vol. nu. 3. faciunt text. in l. 2. l. de die, l. attilicinus, ff. de  
pact. dotalib. Ant. Neg. de pig. & hyp. 4. memb. 2. q. prin. nu. 82. cum 4. seqq.

XXVI.

Haecenus de hypothecarijs. Porro in chyrographariorum inter se frequentia, preferuntur  
hi, qui publica scriptura (a) innotuntur; ijs, qui priuatam habent: nisi haec, 3. testium (b)  
subscriptione firmata sit: quo casu, priores tempore: potiores sunt iure.

(a) tex. in l. scripturas, C. qui potio. in pig. habe. arg. l. instrumento, C. de probat. l. ra-  
tiones, C. de fide instr. (b) per tex. in d. l. scripturas, & Auth. si quis vult caute, C. eo. tit. arg.  
l. in exercendis, C. de fide instr. Calcan. conf. 29. n. 15. Glo. in d. l. scripturas in verb. eisdem.

CORONIS.

Pro Coronide, sit dubia, & difficilis quaestio; vtrum tacita hypotheca priuilegium, cum  
prelatione mulieri à l. indultum; per mulierem, in haeredes ita cedi possit: vt eadem vi, &  
efficacia in cessionarium transeat? Pro cuius decisionem distinctionem Baldi (a) vt veriore  
sustinere tentabo.

(a) in tractatu dot. 12. p. col. 9. vers. 4. quia dixi sup. Neg. d. lo. nu. 107.

153255

AB: 153255

(X2203998)

K



De legibus S. Teutonicarum





THESES IURIDICAE.  
K TIT. FF. ET  
DE CESSIONE BONO-  
VM, VBI DE PRIVILEGIIS  
CREDITORVM.

TRINI ET VNIUS PATROCINIO,  
DIBVS CLARISS. AC CONSULTISS. VIRIS  
e Michaële Cronenburgero, & D. Ioanne Hol-  
S. LL. Licent. Dictatore, & Fisco, in florentissi-  
eleberrimæ Agrippinensium Academiae iuris  
Collegio, recepto pro more defendere  
conabitur

RENTIVS à DORMAEL  
TRVDONENSIS.  
*anno reparatæ salutis CIJ, IC. LXXXVII.*  
*XVI. Calend. Ianuar.*



COLONIAE AGRIPPINAE  
XCVDEBAT PETRVS KESCHEDT. Ee



5  
84

